



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

VIII. Si quis alibi consistentem clericum ordinandum putarit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

LEO AR AVSICANVM I. THEODOSIVS } VALENTINIANVS } IMP. 275

ANNO CHRISTI 441. clesiae commendatos , si quis in seruitutem vel obsequium , vel ad colonariam conditionem imprimere tentauerit , animaduersione ecclesiastica coeretur.

VIII.

Si quis alibi consistentem clericum ordinandum putauerit , prius definiat , ut cum ipso habitet . Sic quoque non sine consultatione eius episcopi , cum quo ante habitauit , eum , qui fortasse non sine causa diu ab alio ordinatus non est , ordinare præsumat .

IX.

Si qui autem alienos ciues , aut alibi consistentes ordinauerint , nec ordinati in vlo accusantur , aut ad se eos reuocent , aut gratiam ipsis eorum imprecent , cum quibus habitant .

X.

Si quis episcoporum in alienæ ciuitatis territorio ecclesiam ædificare disponit ,⁴ vel pro fundi sui negotio , aut ecclesiastica vtilitate , vel pro quacumque sua opportunitate , permissa licentia ædificandi , quia prohibere hoc votum nefas est , non præsumat dedicationem , quæ illi omnimodis reseruatur , in cuius territorio ecclesia assurgit : reseruata ædificatori episcopo hac gratia , ut quos desiderat clericos in re sua videre , ipsos ordinet is cuius territorium est ; vel si ordinati iam sunt , ipsos habere acquiescat . Et omnis ecclesiæ ipsius gubernatio ad eum , in cuius ciuitatis territorio ecclesia surrexerit , pertinebit . Quod si etiam sœcularium quicumque ecclesiam ædificauerit , & alium magis , quam eum in